500

num conditionibus et ligamentis in toto et totaliter cassant mortificant et annihilant. Salua rumatione Generoso Zielonka ad Dominicam Iudica Quadragesimalem proxime venturam cum hyematione pecorum ad Festum Sancti Adalberti Pontificis itidem proxime venturum, vicissim itidem Suprascripto Magco Pocillatori Regni ratione conseminationis vernalis in fundo bonorum, circa expirationem possessionis bonorum eorundem in praefata Interusa specificatorum per eundem Gnosum Zielonka propter Suprascripti Magci Pocillatoris Regni relinquendo iuxta contractum et Inuentarium eo nomine consensitum pro vtraque parte reseruata. Hac sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.

Magcus Daniłowicz Pocillator Regni Bogu[s]kiemu Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Magnificus Nicolaus a Zurow Daniłowicz Pocillator Regni Rubieszouien Lipanen Capitaneus Sanus mente et corpore exemptis a Terris Iurisdictionibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibus uis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit

gnouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascri
totam videlicet et integram villam Ustyanowa cum Curia et
praedio ibidem sito in Palatinatu Russiae Terra vero et distri
ctu Sanocensi iacentem et consistentem cum omni praemissorum bono
rum iure dominio proprietate tituloque obligatorio cumque omnibus
et singulis bonorum praefatorum vtilitatibus fructibus pro
uentibus redditibus commodis emolumentis obuentionibus
tum agris pratis campis pascuis hortis pomariis syluis
gaiis rubetis nemoribus virgultis vepretibus stagnis
piscinis magnis et paruis fluuiis fluminibus torrenti
bus lacubus paludibus aquarum decursibus subditis
cmethonibus hortulanis Inquilinis eorumque officiis la
boribus, censibus, dationibus, vecturis ac muniis qui
buscunque structuris, aedificiis tabernis molendinis necnon
cum Iure patronatus praesentandorum quorumuis benefi
ciorum Ecclesiasticorum ritus graeci, attinentiisque et pertinentiis
generaliter vniuersis. Nihil ex praemissis bonis Iuris domi
nij proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae
pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio re
seruando seu excipiendo. Verum ita late longe et circum
ferentialiter prout praemissa bona se in suis metis
et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur,
et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habu
it et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime
seruiebant. Iam exnunc et de facto Generoso Ioanni
a Brzuszyce Brzuski olim Generosi Stanislai ab eadem

Boguszyce Boguslii Subiudicis Terrae Sanocen. filio e-
iusq posteris in summa viginti Millium florenorum
Polonicalium iam per se Recognoscen. de manibus eiusdem
Generosi Ioannis Boguslii leuata de qua praesentibus
quietatur. hinc et a Festo Conuersionis Sancti Pauli
Apostoli proxime praeterito, ad simile Festum Conuer
sionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcen-
tesimo Septuagesimo Tertio post Triennium integrum
proxime ventur. induens et sese determinans. Et in
defectu protunc bonorum eorundem exemptionis Sum-
maeq supra scriptae viginti millium Florenorum Polonic. ad
totalis et integrae realis persolutionis, extunc ad simile
aliud Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli post
vnum tantum annum induens et sese determinans
et sic consequenter de Anno ad annum Festo ad Fe-
stum Annis et festis sese continue et immediate se-
quen. vsq ad plenariam eorundem bonorum suprascri
ptorum exemption. Summaeq praefatae totalem et in
tegram persolutionem obligauit, inscripsit et inua
diauit, prout praesentibus obligat inscribit et inua
diat. In quae quidem bona praesen. obligata idem
Recognoscens Magnificus Pocillator Regni supra-
scripto Generoso Ioanni Boguslii obligatori
suo et ipsius posteris coram officio praesenti dat,
et admittit, realem Intromissionem, et actualem paci
ficamq possessionem per Nobilem quemcunq et Nobiles
duos

duos die quacunq voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Generosum Boguski obligatorium suum et ipsius posteros hac eadem bona praesentibus obligata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice uti fruendi, ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi modo ac titulo obligatorio. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Magnificus Pocillator Regni prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis supradicto Generoso Joanni Boguski obligatorio suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus obligatis, et ratione eorumdem ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq status sexus et conditionis cuiusvis existentium exonerandum in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere, intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere. Nec non hac eadem bona praesentibus obligat ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona obligata cuivis personarum modo quocunq factis et faciendis. Tum etiam a quibusvis

citationibus in eadem bona obligata modo quocunque importatis et importandis. Lucris demum et perluentis processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super præfatis bonis obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti admissam infundo bonorum præfatorum præsentibus obligatorum dum per eundem et Nobiles officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum præmissorum omnium bonorum præsen. obligator. modo quovis tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumque obligatorium suum et ipsius posteros in præmissis omnibus nullo modo iniuriari. Ita ut eadem bona præsentibus obligata, idem obligator suus cum posteris quiete et pacifice præsen. Inscriptionis obligator. vigore tenere habere et possidere queat illisque uti frui possit modo et titulo obligatorio. Idque sub vadio Summæ viginti millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Magnum Sigillatorem Regni sive eius posteros Suprascripto Generoso Rogulski obligatorio suo et illius posteris ob non completionem præmissorum omnium.

um et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda. Citatus existens memoratus Generosus Magnificus Nicolaus a Zurowo Damlowicz Pocillator Regni Rubiszovien. Lipinen. Capitaneus cum suis posteris ad instantiam suprascripti Generosi Joannis a Boguszy ce Boguslei obligatorij sui aut illius successorum ad officium praesens Castren. Capitan. Praemyslien. extunc vel sui suprascripti quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praetactum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium sibi et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea extra proxima officij praefati Castren. Capitan. Praemyslien. termina dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appella

tiones ac earum prosequutiones faciendo. ac præmissa omnia præmis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris præscriptione terrestri bello conventioneq ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Itac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Iidem ambo inter se mutuo Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmysliensibus Magnificus Nicolaus à Zurow Danilowicz Pocillator Regni Rubiszovien Lipinen Capitaneus ab una et Generosus Ioannes a Boguszyce Boguski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes à terrestri districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Præsenti vero Castren Capitan Præmyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse seorsim recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusq partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus sum-